Iacobus dei gratia rex aragonum valentie et murcie ac comes barchinone dilecto consiliario suo bernardo de sarriano procuratori regni murcie vel eius
locum tenenti et aliis quibuscumque procuratoribus qui pro tempore fuerint salutem et dilectionem. Pro parte universitatis civitatis murcie coram nobis
propositum extitit congruendo quod cum vos dictus bernardus de sarriano seu tenens locum vestrum in exercitu et cavalcatas progrediamini
contra hostes capitis per violentiam a pluribus habitatoribus dicte civitatis eorum azemilas nec curatis pro loguerijs dictarum azemilarum
vel pro victualibus dominis vel eorum ducatoribus in aliquo respondere. Et ideo fuit nobis humiliter supplicatum sibi super hijs de [illegible]
mediis providere. Cum igitur sicut equum est et consonum rationi quod expeditionis armorum seu exercituum aut cavalcatarum [illegible]
pro favore commoditatis rei publice de qua agitur vos capere possitis azemilas vobis necessarias ita iustum est quod debeat [illegible]
dictarum azemilarum in earum competenti logio et necessarijs providere. Ideoque vobis viamus et mandamus quatenus cum contigerit vos azemilas
in casu necessitatis predicto capere in competenti logio ac necessarijs ipsarum et earundem dominorum seu ducatorum providere curetis. Taliter
ne ipsos dominos vel ductores comporteat ad nos habere recursum. Et si in aliquo tenemini rationibus predictis aliquibus habitatoribus civi
tatis predicte illud sine mora solvatis. Cuidam. Dat. murcie. Decimo kalendas marcij anno domini millesimo trescentesimo [illegible]